SYNTHESES

Pharmaco-poeseos utriusque è Codice medicamentario de promptæ celeberrimo Pariensium Pharmaciæ Magistrorum ordini exponendæ Deo Duce & moderatore Josepho Bailleau, Pharmacopæo Pariensi.

E. Galenicis.

Syrupus de Karabe.

℞. Opii purissimi minutim incisi, ... Scrupulos duos.
Solve igne moderato in vase terreo cum
Aquæ communis, ... unciis duodecim.
Solutionem cola cum forti expressione, eam clarifica & coque in Syrupum crassioris consistentiæ, cum
Sacchari albi, ... librâ unâ.
Syrupo refrigerato commisce
Spiritus Succini, ... scrupulos duos.
& in vase accuratè clauso servetur.

Pulvis temperans.

℞. Tartari vitriolati, ... } ana drachmas tres.
Nitri purissimi, ... }
Cinnabaris factitiæ preparatæ, ... Scrupulos duos.
Misce. Fiat pulvis subtilissimus.

Pilulæ Chalibeatæ.

℞. Limaturæ ferri, ... unciam unam.
Cinnamomi, ... Scrupulos duos.
aloes Soccotorinæ pulveratæ, ... drachmam unam.
Syrupi de arthemisiâ, ... quantitatem sufficientem.
Misce, Fiat massa pilularum.

hiera Diacolocynthidos.

℞. Stœchados arabicæ, ... }
Prassi albi, ... }
Chamædryos, ... } ana drachmas decem.
Agarici, ... }
Colocynthidis, ... }
Scammonii, ... } ana drachmas sex.
Radicis hellebori nigri, ... }
Castorei, ... drachmas tres.
Opopanacis, ... }
Sagapeni, ... }
Seminis petroselini, ... } ana drachmas quinque.
Aristolochiæ rotundæ, ... }
Piperis albi, ... }
Cinnamomi, ... }
Spicæ nardi, ... }
Myrrhæ, ... } ana drachmas quatuor.
Polii, ... }
croci, ... }
Mellis optimi, ... libras tres.
Fiat Electuarium secundùm artem.

Unguentum de althæa.

℞. Olei de mucaginibus, ... libras duas.
Ceræ flavæ, ... uncias octo.
Resinæ puræ, ... } ana uncias quatuor.
Terebinthinæ claræ, ... }
Liquefiant omnia ab igne remove, pistillo ligneo agita donec refrixerint. Fiat unguentum.

Emplastrum contra rupturam.

℞. Picis navalis, ... libram unam.
Ceræ flavæ, ... } ana uncias quatuor.
Terebinthinæ claræ, ... }
Radicis consolidæ majoris siccæ, ... } ana uncias duas.
Mastiches, ... }
Labdani, ... unciam unam & semis.
hypocistidos, ... } ana unciam unam & semis.
Terræ Sigillatæ, ... }
Nuces cupressi pulveratas, ... numero duodecim.
Fiat Emplastrum secundùm artem.

E. Chemicis.

Sal polychrestum solubile, vulgò, de Seignette.

℞. Cinerum Kali alicantini, ... quantum volueris.
Ex his secundùm artem, lixiviorum ope extrahatur Sal, quod ad fusionem usque calcina, ut ex eo sulphur auferatur. Solve & filtra, crystallos obtinebis albas & purissimas. Cum
℞. Cremoris tartari, ... uncias viginti.
Superaffunde
aquæ bullientis, ... libras quatuor.
& adde
Crystallorum Kali circiter, ... libram unam,
vel quantum sufficit ad punctum saturationis.
Tunc solutio vaporet Balneo-maris, filtra & repone in loco frigido ut conscrescant crystalli.

Aqua melissæ composita.

℞. Foliorum melissæ siccatorum, ... uncias quatuor.
Flavedinum citrei siccatorum, ... uncias duas.
Nucis moschatæ, ... } ana unciam unam.
Coriandri, ... }
Caryophyllorum, ... }
Cinnamomi, ... } ana semi unciam.
Radicis Angelicæ Bohemicæ, ... }
Contusis contundendis omnia macerentur per triduum in Spiritûs vini rectificati, ... libris duabus.
aquæ melissæ Balneo-maris distillatæ, ... librâ unâ.
Distilla Balneo-maris secundum artem, ferè ad siccitatem.

Regulus Antimonii martialis.

℞. Apicum clavorum ferreorum, ... uncias octo.
Antimonii hungarici pulverati, ... libram unam.
Clavi candefiant in crucibulo, antimonium mitte in crucibulum. Liquefiant. Projice paulatim in fusam massam nitri, ... uncias tres.
ad fusionem perficiendam. Tum in conum sebo illitum & calefactum materiam effunde. a Scoriis regulum separa. teratur. Liquetur additis
nitri, ... unciis tribus.
antimonii pulverati, ... unciis duabus.
Id quod semel & iterum repete, omisso antimonio.

Regulus Jovis.

℞. Stanni anglicani optimi, ... uncias tres.
Reguli antimonii triti, ... uncias duas.
Liquefiat regulus in crucibulo. tum injice stannum. materiam liquatam statim effunde in conum fusorium, sebo litum, ut abeat in regulum.

Regulus Veneris.

℞. Cupri purissimi, vulgo de Roselle, ... } ana uncias tres.
Reguli antimonii triti, ... }
Cuprum in frustula divisum excandescat in crucibulo. Tum injice Regulum. materiam liquatam effunde in conum fusorium, sebo litum, ut abeat in Regulum.

Tinctura metallorum, sive lilium paracelsi.


℞. Reguli antimonii martialis, ... }
Veneris, ... } ana uncias quatuor.
Jovialis, ... }
Pulverati & mixti simul liquefiant secundùm artem, in Regulum, metallorum dictum. huic pulverato admisce
nitri purissimi, ... } ana libram unam &
Tartari pulveratorum, ... } uncias duas.
Projice per vices in crucibulum, & detonent. Tum igne vehementissimo liquetur. materiam, ex crucibulo extractam, crassiusculè tritam; adhuc calentem mitte in matratium, & illico superaffunde
Spiritus vini rectificati, ... sufficientem quantitatem.
Digere per aliquot dies, igne arenæ, identidem agitando, & saturata tinctura eliciatur.

1°. Selectis ut artis est, et publicè expositis materialibus suprà scriptis die vigesimâ tertiâ mensis Januarii anni R. S. H. 1779, horâ nonâ matutinâ, horum historiam naturalem, & omnia quæ ad practicam pertinent enarrare ac demonstrare tentabit.
Dein diebus quatuor subsequentibus, ad operationes exsequendas manum & industriam admovebit.
Denique Syntheses perfectas expertissimorum Magistrorum oculis subjiciet die vigesimâ octavâ ejusdem mensis et anni.

Franciscus Lorcher, Corbelli.

In collegio Pharmaciæ via vulgò dicta de l'arbalètre.

Dedimus et Vidimus die vigesimâ primâ Mensis januarii 1779 Brun [signature] Simonnet



Pro Solemni cooptatione

has praeparationes è codice pariensi depromptas vidimus et probavimus die vigesimâ primâ mensis Januarii 1779
Le Drux prior pharmaciæ professor, Philip pharmaciæ professor alter.
J. C. Desmarets Decanus

M. Porcher